



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

300. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio apud
Suessionis.*

CCXCVII. Obtentum est etiam à devotissimo Principe Karolo ut incesti quilibet aliique perditum examen Episcoporum refugientes, per iudices publicos ad eorum præsentiam deducantur, ne ulterius inlecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum.

Concil. Suessionis. 2. c. 12.

Ex Concilio apud Lauriacum in pago Andecavensi anno DCCCXLIV. Indictione VI. cap. I. mense Octobri.

Vide to. 2.
Concilior.
Gallie pag.
36.
Burchard. lib.
15. c. 7.

CCXCVIII. Si quis publicus divinæ legis prævaricator, vel pro manifestis criminibus, ecclesiastica iusta & rationabilia iudicia contemptor repertus fuerit, ac sanctorum patrum constitutionibus contradictor, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

Ex eodem, cap. II.

CCXCIX. Si quis contra regiam dignitatem dolosè ac callidè & perniciosè agere comprobatus fuerit, nisi dignissimè satisfecerit, anathematizetur.

Ex eodem, cap. III.

CCC. Si quis potestati regie, quæ non est juxta Apostolum nisi à Deo, contumaci & inflato spiritu contradicere vel resistere præsumpserit, & ejus justis & rationabilibus imperiis secundum Deum & auctoritatem ecclesiasticam ac jus civile obtemperare noluerit, anathematizetur.

Burchard. lib.
15. c. 22.
Rom. 13.